

# ZGODOVINSKI ZBORNIK.

PRILOGA

„LAIBACHER DIOECESANBLATT-U“.



—••••• Izhaja v nedoločenih obrokih. •••••—

Šesto leto.

Ljubljana, meseca avgusta 1893.

Številka 24.

## Diplomatarij.

17.

*Karol grof Herbersteinski, škof ljubljanski odstopi one fare na Spodnjem Štajarskem in Koroškem, ki so doslej pripadale ljubljanski škofiji, nadškofu solnograškemu, da je le-tá izroči svojima sufraganom lavantinskemu in krškemu, a pod pridržkom, da ostanejo nedotaknene pravice, katere vživa škof ljubljanski kot patron farâ na Spodnjem Štajarskem in Spodnjem Koroškem in one, katere ima njegov stolni kapitul in grofje Dietrichsteinski kot patroni cerkvâ na Zgornjem Koroškem ter vse pravice, spojene z graščinami v Gornjem Gradu, Vrbovcu in Rudeneku. — Ljubljana, dné 19. junija 1786.<sup>1)</sup>*

Notum sit omnibus, ad quos pertinet, quod, cum Nobis per Sacrae Regio-Cesareae Apostolicae Majestatis suae Supremum Interioris Austriae Gubernium Sub

<sup>1)</sup> Kot vvod temu odstopnemu pismu predstavljene so v škofijskem zapisniku, iz katerega smo te listine ponatisnili, nastopne besede:

Nachdem Se K. K. Mayestätt mit 20. 9<sup>ber</sup> 1783 die künftige Eintheilung der hierländigen Dioecesen mit Beseitigung der auswärtigen Herrn Ordinarien in ein Erzbisthum, und 5 Bistümer festzusezen geruhet, auch mit 19<sup>ten</sup> May 1786 Sr Fürstl. Gnaden dem Hochwürdigsten Herrn Fürst Erzbischofen zu Laybach aufgetragen haben, dass die Laybacher Dioeces Antheile in Kärnten, und Steyer an den Herrn Fürst Erzbischofen zu Salzburg vorläufig zu übertragen seyn;

So wurde das nach der allerhöchsten Vorschrift ausgezeichnete Concentrations Geschäft an Seiten Kärnten und Steyer Laibacher Dioeces auf nachstehende Art zustand gebracht.

Sua Junii insiquatum fuerit, Sacrae Caesareo-Regiae Majestati pro bono Religionis, et meliori Episcopatum interioris Austriae distributione, atque concentratione necessarium visum fuisse, ut Parochiae, quae ex parte Styriae inferioris Circuli Cillejensis, et quae ex parte Carinthiae inferioris Circuli Clagenfurtensis olim Völkermarktensis, et ex parte Carinthiae Superioris Circuli Villacensis sitae ad Episcopatum Labacensem jure ordinario hactenus pertinuerunt, Celsissimo, ac Reverendissimo Dno Archiepiscopo Salisburgensi tamquam Metropolitano plene, ac omnimode cederentur, atque transferentur, ut eo Facilius totum Dioecesis territorium sui futuri districtus Metropolitanus unitum, et clausum habere, Subindeque suis quatuor Dominis Episcopis Suffraganeis tenore Caesareae Regiae dispositionis cedere valeat. Quare ad majorem cultum divinum, animarum Salutem, atque populorum commodum impensius promovendum, et ad Caesareae Majestatis voluntatem exequendam Celsitudo sua Reverendissima tamquam Episcopus Labacensis pro se, et Successoribus suis vigore hujus Instrumenti libere absque ulla reservatione, hac conditione tamen, ut jura Celsitudini suae Reverendissimae Episcopo Labacensi, qua patrono parochiarum Styriae inferioris, et illarum in Carinthia inferiori, suoque Capitulo Ecclesiae Cathedralis, atque Familiae Comitum a Dietrichstein, qua patronis Ecclesiarum ex parte Carinthiae superioris, aliaque jura Dominiis Oberburg, Altenburg et Rudenegg competentia in perpetuum illaesa permaneant, omni meliori modo, jure, ac forma in perpetuum, atque irre-

vocabiliter Celsissimo, ac Reverendissimo Archiepiscopo Salisburgensi Metropolitano S. R. I. Principi, atque Primati Germaniae renunciat, cedit, atque relinquit, eademque ita renunciata, cessa, ac relicta esse, et manere vult. Sunt autem Ecclesiae, et Parochiae ex parte Styriae inferioris in Circulo Cillejensi sitae Sequentes: Ss. Hermagorae, et Fortunati Oberburgi Decanatus, cui Subsunt B. M. V. in Neustift, S. Martini infra Oberburgum, S. Francisci Xaverii in Strascha penes Oberburgum, S. Jacobi in Okonina, S. Canciani in Riez cum conventu Franciscanorum Nazarethi Super castro Altenburg, S. Elisabethae in Lauffen, S. Laurentii in Leitsch, B. M. V. in Sulzbach, S. Georgii in Prasberg; B. M. V. assumptae in Fraslau Decanatus, cui Subsunt S. Michaelis in Franz, S. Georgii in Mottnig, S. Georgii sub Thabor, S. Martini in Trifail, S. Pauli penes Pragwald, S. Pancratii in Greiss; S. Michaelis in Peillenstein Decanatus, cui Subsunt S. Laurentii in Kraina, S. Petri penes Königsberg, B. M. V. in Dobie, S. Viti in Monpreiss, S. Joan. Bapt. in Hörperg, B. M. V. in Ulimie; S. Georgii in Scaldis Decanatus, cui Subsunt S. Aegidii penes Schwarzenstein, S. Michaelis in Schönstein, S. Martini sub Schalleg, S. Joannis in Vinetis; S. Pancratii in Altenmarkt Decanatus, cui Subsunt S. Elisabethae Slavograecii, S. Aegidii sub Thuriak, S. Danielis in Raswald (hae sunt de jure patronatus Episcopi Labacensis) ex parte Carinthiae inferioris vero Ss. Petri et Pauli Pleyburgi Decanatus, cui subsunt S. Bartholomaei in Miss, S. Oswaldi in Schwarzenbach, S. Michaelis in valle Junonia, S. Danielis in Stroina, S. Floriani in Rinckenberg; hae quoque sunt de jure Patronatus Episcopi Labacensis excepta Ecclesia Parochiali S. Floriani in Rinckenberg, quae est de jure Patronatus Domus Austriacae, cum reliquis noviter erectis, et erigendis Parochiis, et capellaniis localibus, caeterisque Ecclesiis filialibus. Ex parte denique Carinthiae superioris sunt sequentes Ecclesiae, et Parochiae: S. Nicolai extra Villacum Decanatus, cui subsunt, conventus Capucinorum, S. Martini in Lindt supra Velden, S. Ruperti in Mooss penes Landskron cum capellania locali in Sattendorf. S. Joannis Bapt. in Kranzelhoffen cum curatia B. M. V. in Augsdorf, et in Gottesthal; quibus etiam accensendae veniunt filiales ad praenominatas Ecclesias, et Parochias sub certis suis invocationibus Spectantes, et si quae aliae ad praefatum districtum pertinentes Ecclesiae hic expressae non fuerint, prae-

sertim neorectae, sive erigendae Parochiae et capellaniae locales, etiam pro expressis habendae; praesertim vero hic notandum venit, quod praedictae ecclesiae Carinthiae superioris de jure Patronatus sint alternativo Capituli Cathedralis Ecclesiae Labacensis cum comite a Dietrichstein Dynasta in Landskron, excepta curatia in Gottesthal, quae erat de jure Patronatus alternativo cum quondam Praelato in Ossiak.

Hanc igitur translationem, cessionem, ac renunciationem cum omnibus, et singulis hoc instrumento contentis, reservatis quoque ab initio expressis Celsissimus, ac Reverendissimus Episcopus nominatus Archiepiscopus Labacensis renuncians, ac transferens semper, ac perpetuo ratas, gratas, validas, ac firmas haberi vult, ac pro majori firmitate, ac robore praeter sigillum manibus propriis subscripsimus. Datum Labaci die 19<sup>na</sup> Junii 1786.

### Carolus

(L. S.)

*Raymundus Comes ab Auersperg, Praepositus.*

*Carolus Comes ab Inzaggi, Decanus.*

*Sigifridus Comes ab Auersperg, senior Capituli.*

18.

*Hieronim, nadškof solnograški, sprejme od ljubljanskega škofa odstopljene fare pod pridržkom, da temu pritrdi sveta stolica in stolni kapitul ljubljanski. — Solnograd, dné 16. septembra 1786.*

Quanam ratione Reverendissimus, ac Illustrissimus Dominus Carolus Sac. Rom. Imperii Princeps, ac Episcopus Labacensis varios suae Dioeceseos districtus, variasque sui Gregis portiones Archiepiscopae Salzburgensi cesserit, atque renuntiaverit, Literae patentes die 19<sup>na</sup> Junii anni currentis ab eodem Reverendissimo, ac Illustrissimo Domino Episcopo, ac Principe Labacensi solemniter emanatae palam faciunt, atque manifestum, quarum tenor est sequens:

*Tukaj je doslovno povzeto odstopno pismo, natisneno zgoraj pod štév. 17, zato je tu izpuščeno. Konečno pravi:*

At vero quum factae ex una parte Cessionis ultimum velut complementum sit ex parte altera acceptatio; hinc Celsissimus ac Reverendissimus Dominus Dominus Hieronymus Archiepiscopus, et Princeps Salzburgensis suo Suorumque Successorum nomine praesentem Cessionem, atque renuntiationem eodem prorsus modo, quo facta est, per publicum hocce instrumentum solemniter acceptat, atque pro perpetuis futuris temporibus validam, ratam, gratamque habet; Salvo tamen Sanctae Sedis Apostolicae Beneplacito, ac praesubposito, de quo non

dubitatur, Cathedralis Capituli Labacensis in hanc Cessionem consensu. In cuius rei fidem altefatus Celsissimus, ac Reverendissimus Dominus Dominus Hieronymus Archiepiscopus, et Princeps Salzbürgensis publicum hoc acceptationis instrumentum propria manu Subscripsit, consuetique Sigilli munimine fecit roborari. Datum Salzbürgi in Residentia Archiepiscopali die decima Sexta mensis Septembris, Anno millesimo septingentesimo octogesimo sexto.

**Hieronymus**

(L. S.)

*Ad Mandatum Reverendissimae  
Celsitudinis Suae proprium*

**Joan. Michael Boenike**, consil. et Secretarius consistlis.

19.

*Breve papeža Pija VI., s katerim dovoli premembo škofjskih meja, omenjeno v zgoraj objavljenem odstopnem pismu. — Rim, dné 4. aprila 1787.*

*Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiscopo Salisbürgensi*

**Pius P. P. VI.**

Venerabilis Frater, Salutem. Redditae Nobis sunt, Ven. Frater, literae tuae, in quibus, post exposita ea, quae peracta sunt ad rite erigendam in civitate Leobicensi Sedem episcopalem ejusque cathedrale Capitulum, postque descriptos novos hujus Dioecesis fines, ad aliarum devenis Dioecesium Cessiones ex Consensu eorum, ad quos spectat, vel peractas, vel peragendas; atque a Nobis postulas, unacum suffraganeis tuis, ut istas conventiones, Mutationes, Cessionesque apostolica nostra autoritate, prout necesse est, approbemus, et confirmemus.

Nos omnibus diligenter inspectis, consideratisque, ad tuas aliorumque Episcoporum, de quorum Dioecesi agitur, Preces inclinati, statim expediri mandavimus Decretum Consistoriale, per quod non solum petitam approbationem, confirmationemque concedimus, sed necessarias etiam, et opportunas facultates ad eorum omnium Executionem rite faciendam, tibi impertimur. Dum idem Decretum hisce nostris insertum ad Te transmittimus, valde Nos cupere declaramus, ut quo unice spectant Deliberationes, et Consilia Nostra, plurimum in istis Ecclesiis factum esse ad salutem animarum profectum, Deo juvante, intelligamus. Adjungimus idcirco apostolicam Benedictionem coelestium munerum auspiciem, quam tibi Ven. Frater, tuisque suffraganeis, memoratarum Ecclesiarum Clero, Populoque omni per-

amanter impertimur. Datum Romae, Die 4. Aprilis 1787. Pontificatus nostri anno decimo tertio.

**Benedictus Stay.**

*Praecedens Transumptum cum originali concordare post collationem sedulam testor. Salisb. 26. Apr. 1787.*

(L. S.)

**Joann. Michael Boenike**,  
Consiliarius Consistlis, et Notarius.

20.

*Hijeronim, nadškof solnograški, pošlje škofu ljubljanskemu prepis zgornjega papeževega pisma ter javi doslovno one odstavke konzistorijalnega dekreta z dné 16. marca 1787, ki zadevajo ljubljansko škofijo. — Solnograd, dné 19. aprila 1787.*

Nos Hieronymus Josephus Franciscus de Paula Dei gratia Archiepiscopus et S. R. I. Princeps Salisbürgensis, S. Sedis apostolicae Legatus natus Germaniae Primas etc. etc.

Reverendissimo, et Illustrissimo Principi, et Amico Nobis sincere dilecto Domino Carolo Episcopo et S. R. I. Principi Labacensi Salutem, et omne Bonum.

Placuit Sanctissimo Domino divina Providentia Papae Pio VI. ad praevidiam nostram totius negotii nuper Eidem factam infinuationem, non tantum novam Episcopatus Leobicensis Erectionem nostra autoritate jam anno abhinc ad effectum deductam, sed et omnes, ac singulas variorum districtuum dioecesanorum Cessiones, atque repartitiones, quae secundum Concordiam cum Sacra Caesarea Majestate Die 19<sup>na</sup> Aprilis 1786 a Nobis initam, aut peractae jam sunt, aut adhuc peragendae supersunt, suis quoque Literis in forma Brevis ad Nos datis, majoris firmitatis gratia, clementissime adprobare, nec non prolixiori quodam, atque diffusiori sacrae etiam Congregationis consistorialis Decreto corroborare.

Ut igitur et Vestra Dilectio ipsummet pontificiae hujusmodi adprobationis tenorem propriis inspicere oculis, et authenticum ejusdem Transumptum ad perpetuam rei memoriam in episcopali quoque reponere archivio queat; hinc non tantum supradicti Brevis apostolici Copiam a Notario publico subscriptam ac subsignatam hic accludere, sed etiam ex Decreto consistoriali ea omnia, quae vestrae Dilectionis Dioecesis concernunt, ipsismet hisce literis nostris de verbo, ad verbum inserere nullatenus dubitamus: est autem Decretum hoc quoad partem narrativam, et dispositivam, ac praesertim quoad passum concernentem Tenoris Sequentis.

## Salisburgen. Approbationis.


Exposuit humiliter Sanctitati Suae Celsissimus, et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Salisburgensis, quod, postquam eadem Sanctitas Sua vestigiis, ac exemplo inhaerens Summorum Pontificum Alexandri II., Innocentii III. et Honorii III. ad erectionem novae Sedis episcopalis, novique Cathedralis Capituli in civitate Leobicensi ejusdem Archiepiscopi Salisburgensis ordinariae haecenus jurisdictioni subjecta devenire clementer indulget, varias ad animarum salutem magis, magisque consulendum, et pro meliori congruentique Dioecesium infrascriptarum regimine, cum Sacro-Caesarea et apostolica Majestate iniit conventiones.

Dehinc quemadmodum, uti praefatus Archiepiscopus Salisburgensis subjungit, Conventionum hujusmodi finis, scopusque alius omnino non fuit, quam ut oves Pastoris vocem, et vicissim vocem ovium Pastor eo propius audire, eisque etiam in his, quae episcopalis sunt ordinis, eo promptius praebere subsidia queat: idcirco ipsemet Archiepiscopus Salisburgensis omnes Paroecias, atque ecclesias, quae in Ditionibus austriacis ordinariae suae haecenus subfuerunt jurisdictioni, infrascriptis in iisdem Ditionibus existentibus Episcopis omnino cessit, ac renuntiavit: ex quibus Paroeciis Episcopus Gurcensis consecutus est nonaginta sex, praeter quinque ex Dioecesi Labacensi eidem majoris proximitatis causa, sic exoptante Sacra Caesarea, et apostolica Majestate, adhucdum assignandas nempe — Gottesthal, Kranzelhoffen, Augsdorf, Lind supra Felden, S. Ruperti in Moos, Sattendorf, S. Nicolai prope Villach.

Similiter etiam Episcopus Lavantinus, dimisso, quod ab eodem Archiepiscopo Salisburgensi per utramque Carinthiam tenuit, Vicarii generalis ministerio, suam augebit, ampliabitque Dioecesein, attenta ab eodem Archiepiscopo Salisburgensi facta cessione viginti quinque Paroeciarum, nempe Decanatus, et Parochiae Fraslau cum sequentibus Paroeciis, Möttinig, S. Pauli ad Pragwald, Franz, S. Georgii ad Tabor, Greiss, Trifail, Decanatus, et Parochiae Peillenstein cum sequentibus Paroeciis, Montpreiss, S. Petri in Königsberg, S. Laurentii in Craina, Landsberg, Hörberg, Süssenheim, Decanatus et Parochiae Oberburg cum sequentibus Paroeciis S. Xaverii, Prasberg, Lauffen, Riez, Sulzbach, Leutsch, Neustift, Decanatus, et Parochiae Scallis cum sequentibus Paroeciis, Schönstein, S. Aegidii ad Schwarzenstein, S. Joannis in Weinberg, S. Martini prope Schallegg, Decanatus et Parochiae Altenmarkt cum sequentibus Paroeciis, Rasswald, Windischgraz, S. Aegidii prope Windischgraz, Decanatus, et Parochiae Pleuburg cum sequentibus Paro-

eciis, S. Danielis, S. Jacobi in Miss, S. Michaelis, S. Floriani in Rinkenber, S. Oswaldi in Schwarzenbach.

Quum autem post hujusmodi Cessionum Declarationem utpote ad animarum Salutem, ac ad meliori supradictarum Dioecesium regimini opportunius consulendum, respective effectarum, sive efficiendarum idem Archiepiscopus Salisburgensis unacum suffraganeis suis eidem Sanctitati suae ea, qua par est, animi Reverentia, et obsequio enixas obtulerit preces, ut praefatas Cessiones benigne adprobare dignaretur; Sanctissimus Dominus noster eius disponente Clementia, qui immobilis permanens sua Providentia, suoque Ordine dat cuncta moveri, in supremo Apostolatus Culmine constitutus, circa quemlibet Ecclesiarum statum salubriter dirigendum sollicitè intendens, ac Personarum Caesareo-regia, et Pontificali Dignitate fulgentium, aliorumque Vota pii Patris affectione prosequi volens, ac alias desuper pastoralis Officii sui partes favorabiliter interponens, aliaque desuper statuens, ordinans, et disponens, prout personarum hujusmodi, Locorum, ac temporum qualitatibus matura deliberatione pensatis ad divini cultus propagationem, Christi fidelium animarum Salutem, et Spiritualem Consolationem, Ecclesiarum quoque, et locorum hujusmodi decorem, et Ornamentum conspicit in Domino salubriter expedire, praefatas supradictarum Paroeciarum cessiones favore superius enuntiatorum Episcoporum peractas, et peragendas de apostolicae Potestatis plenitudine, accedentibus tamen respectivorum Episcoporum unacum suis Capitulis expressis consensibus benigne adprobavit, et confirmavit: eidemque Archiepiscopo Salisburgensi eadem Sanctitas sua ad omnium praemissorum executionis effectum facultates omnes necessarias, et opportunas concedere, ac impertiri benigne dignata est, mandavitque expediri Decretum, ac referri inter acta Sacrae Congregationis Consistorialis. Datum Romae, hac die 16. Mensis Martii Anno Domini 1787.

 *Petrus Ma Nigronus, Sac. Congreg. cons. Secr.*

Quemadmodum vero Dilectioni vestrae, et Brevis apostolici Tenorem integrum, et Decreti Consistorialis Saltem Extractum hic mox transmittere nullatenus distulimus; ita quoque in occasionibus aliis maximae nostrae erga vestram Dilectionem existimationis atque affectionis aliquod dare posse testimonium vehementer optamus. Datum Salisburgi in Metropoli nostra. Die 19<sup>na</sup> Mensis Aprilis 1787.

*Hieronimus.*

*Joann. Michael Boenike,*  
*Aeplis Constii Consils, Secretarius, et Notarius.*



## Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu.

(Od leta 1667 do 1799.)

(Nadaljevanje.)

V našem rokopisu nahajajo se nadalje prepisi nekaterih dolžnih pisem in družih listin, ki zadevajo denarstveno stanje naše bratovščine. V nastopnem zabeležimo le glavno vsebino teh listin.

Anton, opat in nadduhovnik v Zatičini, rimskega ces. Veličanstva svetnik, prijor in cel konvent spričujejo, da jim je bratovščina sv. Mihaela v Mengšu posodila 1500 gld. n. v. proti trimesečni odpovedi in petodstotnim obrestim, katere bode plačal vsako leto župnik mengeški o priliki kongregacije dne 8. majnika — Zatičina, 20. junija 1693.

Opat Anton, prijor in cel zatiški konvent svedoči, da je duhovniška bratovščina v Mengšu zatiškemu samostanu posodila 500 gld. n. v. proti petodstotnim obrestim. — Zatičina, 20. januarija 1701.

Kupno pismo, s katerim se spričuje, da je Jernej Cerar, z jednim zemljiščem pod Mekine spadajoč podložni, prodal duhovniški bratovščini v Mengšu travnik „pod zhesto“ („v Bukovize“) za 120 gld. stare deželne veljave proti temu, da mu dá bratovščina ta travnik v najem, za kar bode dajal vsako leto dva voza sena in 3 gld. 11 kr. v gotovini. — Samostan Mekine, 24. marca 1790. Podpisana je opatica: Catharina von Olthembs.

Predstojništvo duhovniške bratovščine v Mengšu se zaveže skrbeti za to, da se opravite v farni cerkvi v Mengšu vsak mesec 2 večni sv. maši za Ludovika Schreiberja, (A.A. L.L. & Phliae Mgr., Protonotarius Aplicus), župnika v Škocijanu na Dolenjskem, ter spričuje, da mu je gospa Premkova (Premikhin), rojena Schreiberjeva, kot dedinja po njem izplačala 200 srebrnih kron, katere je bratovščina pri zatiškem samostanu plodonosno naložila. — Mengeš, 2. januarija 1701. — Podpisani: Andreas Gollerey, pro tempore Rector; Georgius Wetstain, Assistens; Andreas Hudozuth, Assistens; Fridericus Skerpin, Secretarius.

Dolžno pismo, s katerim spričuje Janez Andrej Flachenfeldski, župnik v Mengšu in nadduhovnik na Gorenjskem, da je dolžan duhovniški bratovščini 100 gld. n. v. — Mengeš, 24. februarija l. 1701.

Dolžno pismo istega župnika, s katerim spričuje, da mu je posodila bratovščina 100 gld. proti petodstotnim obrestim za podružnico Matere Božje na Holmcu (Khlein Khallenberg). — Mengeš, 19. februarija 1706.

Nadaljno dolžno pismo za 100 gld. n. v., katere je posodila bratovščina župniku mengeškemu Janezu Andreju Flachenfeldskemu, da je poplačal dolg, ki ga je naredila podružnica Matere Božje na Holmcu, ko je napravila novo streho na zvoniku. — Mengeš, 15. decembra 1706.

Friderik Skherpin, tajnik duhovniške bratovščine v Mengšu, naznanja, da je vrnil nadžupnik mengeški Janez Andrej Flachenfeldski bratovščini 100 gld. ter da ji razun tega dolguje z onimi 200 gld., ki so bili posojeni za podružnico sv. Nikolaja v Podgorju, še 400 gld., da pa petodstotne obresti natančno plačuje. — Mengeš, 19. maja 1714.

Reverz predstojništva duhovniške bratovščine sv. Mihaela, s katerim se zavezuje, da hoče v smislu oporoke<sup>1)</sup> pokojnega Andreja Tallmeinerja (bivšega župnika pri sv. Štefanu na Koroškem in konzultorja te bratovščine) za voljeno žitno desetino 8 zemljišč na Beli (Zgornji in Spodnji) pri Kranju opraviti vsak mesec jedno sv. mašo, in vsako leto okoli praznika sv. Andreja jedno obletnico z biljami. — Mengeš, 16. januarija 1715. — Podpisani so: Joannes Andreas à Flachenfeldt, Carnioliae Supe-

<sup>1)</sup> Dotični odlomek Andrej Tallmeinerjeve oporoke z dne 10. avgusta 1713 slôve: Decimam in Vellach, siue na Belle cum instrumento emtam a Dno Casperino ad octo fundos sese extendentem, et annuatim importantem triginta Coronatos unum pro 10 libris nominatum cum uno Imperiali Germanicae monetae, siue duobus florenis germ. mon. in utroque pago, in superiori et inferiori Vellach elocandum subditis, siue decimariis in domo provinciali pro annuis stauris, et contributione pro 2 fl. et 1/2 pro tempore laudemiandum ab Illmis Dnis a Lamberg. Item dandis 8 gallinis singulis annis RR. PP. Capucinis Crainburgensibus, et hoc in perpetuum, quam decimam lego Venerabili nostrae Confraternitati sub protectione S. Michaelis Archangeli sub auspiciis SS. Jesu, Mariae Josephi Monspurgi pro tempore fundatae, cum hoc tamen expresso onere, ac obligatione, quatenus quolibet mense dicatur missa cum exequiis peragendis circa festum S. Andreae Patroni mei; Instrumentum decimae emptae reperitur in mea cistula in sacristia ad diuam Virginem Zirklensem Matrem Dei Mariam, illud Rssmo, et Illmo Dno Rectori, et Domino Secretario confraternitatis dictae tradendum cum expresso, et authentico Reuersu oneris, et obligationis accepti instrumenti, et obligandarum missarum reddendo, et singulis annis monstrando peractorum executionem Adm. Rdo Parocho Zirklensi.

Pro sexto circa finem.

Prae caeteris danda est in elocationem annuam Decima in Vellach meo nepoti Matthiae Paulitsch pro 30 coronatis, si diligenter solverit annuatim circa festum purificationis Ein Kron pro 10 libris.

*rioris Archidiaconus, p. t. Rector; Andreas Hudazuth, Parochus Locopolitanus Assistens primus; Bartholomaeus Jenko, Parochus Naklensis, Assistens; Fridericus Skerpin, p. t. supra memoratae Sodalitatis Secretarius.*

Za temi listinami vpisana so v knjigo imena vseh udov te bratovščine, katerih je nad tisoč in skoraj pri vsakem duhovniku je pristavljen kraj njegovega delovanja, pri mnogih pa tudi dan in leto njihove smrti. V nastopnem ponatisnemo cel ta oddelek doslovno.

### N o m i n a

DD. Sacerdotum Consodalium Jesu, Mariae, Josephi & S. Michaelis Archangeli.

Reumus et Amplissimus Praesul Dnus Dnus **Matthaeus**, Abbas ad Sanctissimam Trinitatem Neostadii Austriae. Sac. Caes. Mitis. Consiliarius, quondam protector Cong. Obiit An. 1684.

Reumus et Perillustis Dnus **Philippus Terpin**, Ssae Theologiae Baccalaureus, Proton. Aplicus, Parochus ad S. Martinum prope Crainburgum, et per Dioecesim Labacensem Vicarius Generalis, obiit 23. Junii 1683.

Adm Rdus Dnus **Laurentius Friat**, Ssae Theologiae Baccalaureus, Parochus Monspurg. et Reumi Praesulis Neostadiensis per subjectas Parochias supremus Vicarius, Congregationis primus Rector et Benefactor. Obiit Labaci 15. Junii 1668. Sepultus Monspurgi.

Adm Rdus Dnus **Matthias Parenta**, Parochus Zirkklensis. et Beneficiatus S. Thomae ibidem, Congregationis nrae 2dus Rector. Obiit 9. 7bris 1688. Benefactor.

Adm Rdus Dnus **Jacobus Wubitsh**, Parochus ad S. Petrum in Commenda, et Beneficiatus Crainburgi, Congregationis 1mus Assistens. Obiit in Commenda S. Petri die 10. Jan. 1669. Sepultus ibidem in Eccla.

Adm Rdus Dnus **Matthias Casperzhizh**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus Michlstettensis, nunc Parochus ad S. Georgium in Campestribus, & 2dus Assistens. Obiit 19. Maii 1699.

Rdus Dnus **Georgius Weissman**, Cooperator Monspurgensis, qui obiit sancte Monspurgi die 10. Jan. 1668. ibidem Impensis Congregationis sepultus.

Adm Rdus Dnus Mger **Jacobus Pinter**, Ssae Theologiae Bacca., Parochus Oberburg. et in eodem Districtu Vicarius Foraneus, seu Commissarius, primus Congregationis Secretarius. Obiit 7. Febr. 1672.

Adm Rdus Dnus Mger **Andreas Gollerei**, Parochus Watshensis, Assistens 2dus modo Rector 3tius Cong. Obiit 23. Aprilis 1710.

Adm Rdus Dnus **Joannes Michaël Dergio**, AA. LL. et Phliae Mgr, Prot. Aplicus, Canonicus Labacensis, et Parochus Wodizensis, Assistens 1mus. Obiit 8. Aug. 1675.

Rdus Dnus **Matthaeus Saioniz**, AA. LL. et Phliae Mgr, Cooperator Monspurgensis. Obiit in Arch 26. 9bris 1689. Parochus ibidem & 2dus huius sodalitatatis Secretarius. Benefactor.

Rdus Dnus **Georgius Ottava**, AA. LL. et Phliae, nec non Ss. Theologiae emeritus Cooperator Monspurgensis. Obiit ibidem 10. Aprilis 1696. Benefactor.

Rdus Dnus **Andreas Valputizh**, Cooperator ad S. Petrum in Commenda. Obiit 2. Feb. 1692.

Rdus Dnus **Georgius Matthal**, Cooperator Zirkklensis. Obiit Crainburgi 31. Julii 1700.

Adm Rdus et Clarissimus Dnus **Georgius Hoffnerius**, Ssae Theologiae Doctor, Parochus Locopolitanus, Congregationis Consultor. Factus Carthusianus Anno 1669 die 8. Decembris, obiit 26. 7bris 1684 ut Praelatus in Saiz.

Adm Rdus Dnus **Casparus Teleban**, Prot. Aplicus, quondam Parochus Selzensis meritissimus. Obiit Locopoli die 19. Aprilis 1669. Sepultus ibidem in Eccla Sanctimonialium.

Adm Rdus Dnus **Bartholomaeus Jenko**, AA. LL. et Phliae Mger, Ssae Theologiae emeritus, Parochus Veldensis, modo Naklensis. Obiit in Naklas. 27. Julii 1718. Benefactor.

Adm Rdus Dnus **Andreas Hudazhut**, Urbis Locopolitanae Vicarius, nunc ibidem Parochus. Obiit 9. Aug. 1718. Benefactor.

Rdus Dnus **Lucas Osellius**, Cooperator ad S. Georgium in campestribus, modo Parochus Aspensis. Obiit 20. 9bris 1695. in Aspa.

Rdus Dnus **Joannes Kashman**, Cooperator ibidem. Factus Capucinus A. 1669.

Rdus Dnus **Andreas Stubelli**, AA. LL. et Phliae Mger, Capellanus in Pleyhoffen. Obiit 2. Junii 1682.

Rdus Dnus **Petrus Rokner**, Cooperator in Watsh. Obiit ad S. Martinum infra Kollenberg. 3. Apr. A. 1685.

Rdus Dnus **Joannes Ossmanus**. Obiit 19. Febr. 1694.

Rdus Dnus **Joannes Parenta**, Cooperator ad S. Georgium Locopoli. Obiit 13. Junii 1672.

Rdus Dnus **Marcus Srakar**, Phliae Mger, Cooperator ad S. Vitum infra Sitticium, nunc Parochus Weixelburgi. Obiit ibidem 1. Febr. 1694.

Adm Rdus Dnus **Matthaeus Homan**, AA. LL. et Phliae Mger, Beneficiatus Ssae Trinitatis Locopoli. Obiit ibidem 15. Martii 1702.

Rdus Dominus **Michaël Lupus**, Illmi Domini a Saurau Sacellanus. Obiit Lithopoli 13. Julii 1693.

Rdus Dnus **Michaël Tax**, Sanctimonialium Locopolitanarum Capellanus emeritus. Benefactor. Obiit 8. Xbris 1686.

Rdus Dnus **Joannes Purgar**, Capellanus in Stermall. Obiit 30. Julii 1682.

Adm Rdus Dnus **Joannes Jenko**, Parochus Zhemshenicensis. Obiit in Julio 1674.

Adm Rdus Dnus **Jacobus Riaulz**, emeritus Parochus Jauchensis. Obiit 14. Junii 1684.

Rdus Dnus **Joannes Sdrauis**, Capellanus in Igg. Obiit 20. Aprilis Anno 1671 ibidem.

Adm Rdus Dnus **Jacobus Shagar**, Parochus Pakhensis. Obiit ibidem 13. 7bris 1689.

Adm Rdus Dnus **Joannes Arichar**, Parochus S. Petri in Commenda, nunc in Eisnern. Obiit 3. Aprilis 1702.

Rdus Dnus **Martinus Archar**, Collegii Mariani Oberburgensis Presbyter. Obiit Crainburgi 4. Januarii 1690. Benefactor.

Adm Rdus Dnus **Petrus Francois Pistorius**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus in Maraitsh. Obiit Labaci 5. Xbris 1690.

Rdus Dnus **Thomas Schweistrigk**, Cooperator ibidem, nunc Parochus in Sayrach. Obiit in Sayrach. 27. Aprilis 1691.

- Rdus Dnus **Michaël Wiohtalitsh**, Cooperator in Maraitsh, modo Parochus in Planina. Obiit 22. Aprilis 1709.
- Rdus Dnus **Michaël Selshek**, AA. LL. et Phliae Mger, Cooperator ad Sanctum Martinum in Littai. Obiit 25. 7bris 1681.
- Adm Rdus Dnus **Georgius Andreas Schiffrar**, Parochus in Lustall, modo ad S. Martinum prope Lithay. Benefactor in uita. Obiit 3. Maii 1694 ibidem.
- Rdus Dnus **Michaël Sartorius**, Cooperator Samariensis. Obiit 24. Aprilis 1683.
- Adm Rdus Dnus **Andreas Tshandik**, AA. LL. et Phliae Mger, Cathedralis Ecclae Labacensis Vicarius.
- Rdus Dnus **Andreas Kregar**, Sacrista ibidem. Obiit Labaci Anno 1669 4. Januarii.
- Rdus Dnus **Bartholomaeus Corpe**, Cooperator in Aich. Obiit Wodicii Par. 24. Martii 1682.
- Adm Rdus Dnus **Matthias Vulzher**, Parochus Aichensis, Congregationis nrae Benefactor. Obiit in Aich 16. 9bris A. 1669 sepultus ibidem.
- Adm Rdus Dnus **Blasius Jantshizh**, Beneficiatus Crainburgi. Obiit 14. Feb. 1681.
- Rdus Dnus **Sebastianus Weishl**, AA. LL. et Phliae Mger, Cooperator Zirklensis. Obiit Crainburgi. 24. 7bris 1709.
- Adm Rdus Dnus **Martinus Marzina**, Parochus ad S. Vitum infra Sitticium. Benefactor. Obiit 18. Maii 1682.
- Rdus Dnus **Matthias Ferilla**.
- Adm Rdus Dnus **Andreas Achazhizh**, Parochus in Höflein. Obiit in Neumarkhl 13. Xbris 1689. Benefactor.
- Rdus Dnus **Balthasar Jugouiz**, AA. LL. et Phliae Mger, Cooperator in Aich. Obiit ibidem 28. Aprilis 1670.
- Adm Rdus Dnus **Georgius Pogatshnigk**, Parochus Lauffensis. Consultor. Obiit ibidem 3. Junii 1700.
- Rdus Dnus **Gregorius Suppantshizh**, AA. LL. et Phliae Mger, Capellanus Sanctimonialium Minkendorffensium. Obiit Lithopoli 20. Aprilis 1706. Benefactor in morte.
- Rdus Dnus **Matthias Lozhnikar**, Collegii Mariani Oberburgensis Presbyter, nunc Parochus Caesareus in Obergryiach. Obiit 27. Junii 1725.
- Rdus Dnus **Joannes Krellius**, electus Parochus Leutshensis. Obiit Oberburgi die 2. Jan. 1669.
- Adm Rdus Dnus **Joannes Vrezhigk**, Parochus ad S. Jacobum in Podbresiach. Obiit 8. 7b. 1673.
- Adm Rdus Dnus **Laurentius Purgar**, Parochus ad S. Petrum in Nakles. Benefactor. Obiit 28. Julii 1675.
- Adm Rdus Dnus **Matthias Pregel**, Parochus ad S. Bartholomaeum in Campestribus.
- Rdus Dnus **Matthaeus Frauchar**, Cooperator ad S. Petrum in Nakless. Obiit 25. Junii 1702.
- Rdus Dnus **Michaël Cottar**, Cooperator ad S. Vitum sub Sitticio.
- Adm Rdus Dnus **Michaël Wonzellius**, Parochus ad B. M. Virginem in Crainau. Benefactor. Obiit 17. Xbris 1682.
- Rdus Dnus **Jacobus Koshir**, Cooperator ad S. Martinum extra Crainburgum. Obiit 5. 9bris 1703.
- Adm Rdus Dnus **Martinus Vrezhigk**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus in Eisnern. Obiit 28. 8bris 1677.
- Adm Rdus Dnus **Franciscus Koshar**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus ad Sanctum Martinum in Littai. Benefactor in uita. Obiit Sitticii 21. 8bris A. 1691. Consultor.
- Adm Rdus Dnus **Andreas Wobitsh**, Ssae Theol. Doctor, Parochus Leutshensis.
- Adm Rdus Dnus **Adamus Suppe**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus Sagoriensis. Obiit 6. Xbris 1684. Saxenfeldi.
- Adm Rdus Dnus **Matthias Preshern**. Parochus in Triffail. Modo Parochus & Commissarius Fraslaiensis. Obiit ibidem 9. 8bris 1691. Benefactor in uita & morte.
- Rdus Dnus **Thomas Bernardus Dolseg**, Cooperator in Triffail, nunc Parochus in Greiss. Obiit 22. Junii 1718 in novo castro.
- Rdus Dnus **Joannes Guttnigk**, Cooperator Praspergensis. Obiit 1694.
- Rdus Dnus **Felix Tropper**, Collegii Mariani Oberburgensis Presbyter. Obiit 2. Julii 1679.
- Rdus Dnus **Matthaeus Work**, Cooperator in Lauffen. Obiit 3. Maii 1695 Lithopoli.
- Rdus Dnus **Andreas Matshigk**, Cooperator in Riez. Modo Parochus in Swarzenbach (Benefactor). Obiit Slavo - Graecii 21. Jan. 1704.
- Rdus Dnus **Matthias Vidmar**, Capellanus Michlstettensis, nunc Parochus in Zirklach, Consultor noster. Obiit 22. Dec. 1715.
- Rdus Dnus **Petrus Schumi**, Cooperator Crainburgensis.
- Rdus Dnus **Thomas Fogk**, Cooperator Wodizensis. Obiit 22. Martii 1682 ad S. Vitum infra Sitticium.
- Adm Rdus Dnus **Joannes Ludovicus Herandt**, AA. LL. et Phliae Mger, Parochus Neüllensis. Obiit 20. Novembris 1678.
- Adm Rdus Dnus **Martinus Slibnigk**, Vicarius Chamnizensis. Obiit 3. Julii 1687. Labaci ad S. Nicolaum vicarius.
- Adm Rdus Dnus **Sebastianus Pushar**, Parochus in Kaier.
- Adm Rdus Dnus **Andreas Weishl**, Parochus ad S. Crucem supra Crainburgum. Obiit 3. Aprilis 1674.
- Rdus Dnus **Gregorius Vehouiz**, AA. LL. et Phliae Mger, Cooperator Locopolitanus. Obiit 17. Septembris 1718 Crainburgi.
- Adm Rdus Dnus **Thomas Vidouiz**, Parochus Goriachensis. Obiit 18. Martii 1685.
- Adm Rdus Dnus **Matthias Meshan**, Parochus Aspensis emeritus, nunc Cooperator Reifnicii. Obiit 1. Januarii 1697.
- Adm Rdus Dnus **Gregorius Peuz**, Parochus Jauchensis. Obiit ibidem 1. Septembris 1709.
- Adm Rdus Dnus Mger **Joannes Carolus Shagar**, Vicarius Rattmonstorffensis. Obiit 19. Aprilis 1672.
- Rdus Dnus **Georgius Aricher**, Cooperator Rattmonstorffensis. Obiit 4. Septembris 1673.
- Rdus Dnus **Georgius Beshen**, Cooperator Eisnerensis. Benefactor. Obiit 29. Aprilis 1682.
- Adm Rdus Dnus **Wolfgangus Engelbertus Portner**, Parochus Aichensis. Obiit ibidem 1688. 18. Martii.
- Adm Rdus Dnus **Joannes Baptista de Hugl**, Canonicus Rudolphsbertensis.
- Adm Rdus Dnus Mger **Matthias Sodar**, Excellmi et Reumi Principis Epi Labacensis etc. Secretarius et Capellanus. Obiit 6. Septembris 1680.
- Rdus Dnus Mger **Sebastianus Wisant**, Capellanus Wotshensis. Obiit 18. Jan. 1720.
- Adm Rdus Dnus **Matthias Gruess**, Parochus Flednikensis, nunc Aichensis. Benefactor. Obiit Crainburgi 15. Decembris 1718.

Adm Rđus Dnus **Joannes Paulus Pregel**, Parochus Samariensis. Obiit ibidem 10. Novembris 1694.

Rđus Dnus **Joannes Sheleshnigk**, Cooperator Tshemshenicensis. Obiit in Golnegkh 14. Februarii 1682.

Rđus Dnus **Matthias Shiberth**, Cooperator Aichensis. (Obiit) Labaci 23. Julii 1676.

Rđus Dnus Mger **Andreas Nauodnigk**, Ss. Theol. Baccal. Collegii Mariani Oberburgensis Sacerdos, nunc Parochus et Commissarius ibidem. Obiit ibidem 11. Jan. 1713.

Rđus Dnus **Joannes Jugouiz**, Cooperator Chamnicensis, nunc Parochus in Neüll. Obiit in Neul 10. Aug. 1697.

Rđus Dnus **Joannes Theleban**, Cooperator Crainburgensis. Obiit A. 1688 in Nouembri Parochus ad S. Petrum apud Sottlam.

Adm Rđus Dnus **Francoisus Woss**, Parochus in Saxenfeldt, AA. LL. et Phliae Mger, p. t. Cong. Consultor. Obiit 7. Aprilis 1682.

Reumus et Illustris Dnus **Joannes Josephus Sonze**, Commissarius et Parochus ad S. Georgium sub Raihenegg. Obiit 22. Martii 1693.

Adm Rđus Dnus **Andreas Tollmainer**, AA. LL. et Phliae Mger, Ss. Theol. emeritus, Parochus ad S. Stephanum in Carinthia Obiit in Zirklach 15. Julii 1714. Insignis in morte benefactor.

Adm Rđus Dnus Mger **Georgius Lazarus Criuiz**, Parochus ad S. Vitum supra Labacum. Obiit A. 1683.

Adm Rđus Mger **Andreas Bastianzhizh**, Parochus in Pillichgraz. Obiit 3. Aug. 1690.

Adm Rđus Dnus Mger **Michael Paik**, Parochus ad S. Bartholomaeum in Campestribus, modo ad S. Vitum supra Labacum. Obiit 30. Martii 1710.

Adm Rđus Dnus **Petrus Tomashin**, Parochus in Croppa. Postmodum factus Franciscanus. Obiit 1. Maii 1685.

Reumus et Illmus Dnus, Dnus **Georgius Sigismundus L. B. ab Edling**, Ss. Theol. Dr., Canonicus Labacensis etc. Obiit 13. Febr. 1684.

Adm Rđus Dnus Mger **Paulus Josephus Janeshitsh**, Ss. Theol. Emeritus, Parochus in Styria, id est in Triffail. Obiit Fraslauii 18. Febr. 1704.

Reumus et Doctissimus Dnus **Thomas Renner**, AA. LL. et Phliae Mger, Ss. Theol. Emeritus; Archidiaconus Reiffnizensis. Obiit 1. Novembris 1708.

Adm Rđus Dnus **Michael Pinter**, Parochus in Pleiberg. Obiit 22. Octobris 1700 Radtmonstorffii.

Adm Rđus Dnus **Marous Luohinus**, Parochus ad S. Martinum sub Kallenberg. Obiit 6. Maii 1682.

Adm Rđus Dnus **Joannes Bapta Quintel**, Parochus ad S. Petrum sub Aula Vinaria. Obiit ibidem 5. Aprilis 1692.

Adm Rđus Dnus **Matthias Kouazh**, Parochus ad S. Petrum in Commenda. Modo Vicarius Camnicii. Obiit in Neüll 17. Julii 1716.

Adm Rđus Dnus **Matthaeus Stuzin**, Parochus ad S. Crucem prope Neumarktl. Obiit 18. Junii 1679.

Rđus Dnus **Joannes Bapta Herboldt**, AA. LL. et Phliae Mger, Cooperator Michelstettensis, nunc Parochus ibidem. Obiit 14. Martii 1700.

Adm Rđus Dnus **Matthaeus Valputizh**, Parochus ad S. Michaelem in Lengfeldt. Obiit ibidem 4. Octobris 1698.

Adm Rđus Dnus **Michael Dienstman**, Parochus in Prehgain. Obiit 2. Decembris 1686.

Adm Rđus Dnus **Paulus Bergamash**, AA. LL. et Phliae Mger, ordinarius Confessarius Monialium S. Clarae Ord. Locopoli. Obiit 9. Maii 1719. Benefactor.

Adm Rđus Dnus Mger **Jacobus Peuz**, Ss. Theol. Emeritus, Parochus et Commissarius in Fraslau. Obiit 27. Junii 1681.

Rđus Dnus **Matthaeus Wakulnikar**, Cooperator in Maraitsch, nunc Parochus ad S. Martinum in Tuchain. Obiit 29. Junii 1705.

Adm Rđus Dnus **Joannes Bartholomaeus Crashina**, AA. LL. et Phliae Mger, Ss. Theol. Emeritus, Parochus in Obergurg. Obiit ibidem 10. Junii 1706.

Adm Rđus Dnus **Francoisus Ludouicus Schreiber**, Parochus in Schörffenberg. Obiit ad S. Cancianum in inf. Carniolia 17. Novembris 1699. Benefactor.

Rđus Dnus **Laurentius Wogathai**, Cooperator in Watsh. Nunc Parochus Archii. Obiit ibidem 4. Febr. 1705. Benefactor.

Adm Rđus Dnus **Matthias Bolko**, Parochus ad S. Joannem in Styria, id est ad S. Martinum sub Schallegg. Obiit 13. Aprilis 1703. In uita Benefactor.

Rđus Dnus **Joannes Nouak**, Cooperator in Aich. Obiit 26. Martii 1703.

Rđus Dnus Mger **Gregorius Selleniz**, Cooperator Zirkklensis. Benefactor. Obiit Parochus in Selandt. 25. Maii 1682.

Rđus Dnus **Georgius Shauss**, Cooperator Zirkklensis. Obiit 25. Junii 1681.

Adm Rđus Dnus **Alexander Bobegk**, Parochus in Podbresiach. Obiit 18. Martii 1694. Radtmonstorffii.

Adm Rđus Dnus **Adamus Nauodnigk**, Parochus in Styria. Obiit 14. Novembris 1684.

Adm R. D. **Georgius Vreulzh**, electus Parochus in Asling. Obiit 6. Julii 1685.

Adm Rđus et Clarissimus Dnus **Joannes Ignatius Lauritsh**, Ss. Theol. Doctor, Parochus in Styria in Laitsch. Obiit ibidem 22. Octobris 1696.

Rđus Dnus **Andreas Pueoher**, Cooperator ad S. Georgium in Campestribus, modo Beneficiatus Crainburgi. Obiit Crainburgi 9. Novembris 1713.

Rđus Dnus **Primus Shaffer**, Cooperator od S. Georgium in Campestribus, nunc Parochus Selandi. Obiit 4. Novembris 1714.

Rđus Dnus **Lucas Sauerl**, Vicarius Zirkklensis. Obiit 8. Decembris 1681.

(Nadaljevanje prih.)

**Vsebinska. Diplomatarij:** 17. Odstop onih fará ljubljanske škofije, ki ležé na Spodnjem Stajarskem in Koroškem, nadškofu solnograškemu, oziroma njegovima sufraganom škofu lavantinskemu in krškemu. — 18. Sprejem odstopljenih fará s strani nadškofa solnograškega. — 19. Breve papeža Pija VI., s katerim dovoli v to premembo škofijskih mejá. — 20. Nadškof solnograški pošlje gorenji breve, ter javi one odstavke konzistorijalnega dekreta, ki zadevajo isto premembo mejá ljubljanske škofije. — *Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu.* — (Nadaljevanje.)